et ad omne convenientes nichil maior ratio non repugnat
sequitur necessarium. ¶ Ans. Auctoritas fide flagitat et ratio
hominem preparat ratio ad intellectum cognitionemque perducunt:
quamquam neque auctoritatem ratio penitus deserat: cum consideratur
cui credendum sit: et certitudinis summa est ipsius iam
cognite et prospicue veritatis auctoritas ¶ Aug. de vera reli
gione. Querendum ratione quod consentiat veritati. fiatque
ipsa veritas auctoritas sine qua nichil est nec valet auctoritas
Bernardus. ibi servire quisque sensu suo videtur ubi vel certe rationi
vel manifeste auctoritati non obviat quod sentit ¶ Bernardus cum
quisque in scripturis sanctis conatur sentire id quod in eis sensit
qui scripsit: quid mali est si sensiat hoc quod tu lux
omnium veracium mentium ostendis. Aug in libro de confessionum
xiij. Cum aliquis dicit hoc sensit quod ego religiosius
arbitror dicere cur non utrumque potius: si utrumque verum
est et siquid tercium: et siquid quartum et siquid aliud
omnino verum quispiam in hys verbis videt: cur non omnia illa
vidisse credatur per quem deus unus sacras litteras vera et di
versa visuris multorum sensibus temperavit ¶ Aug in eodem
Ego certe intrepidus de corde meo pronuncio: si ad cul
men auctoritatis aliquid scribere: sic mallem scribere: ut quod
veri quisque de hys rebus cernere possit id mea verba reso
narent: quam ut unam veram sententiam ad hoc apertius ponerem
ut excluderem alias: quarum falsitas me non posset
offendere ¶ Aug in eodem. Sensit moyses in hys verbis
in principio etc. et cogitavit cum ea scriberet quicquid hic
veri potuimus invenire: aut non dum potuimus et tamen
in eis inveniri potest ¶ Aug sup gen. ad. nec incorpora
libus nec in spiritualibus aliquid est vacuum ¶ Pet. Hs beatis
sima virgo ante illustrium vincit maligno Dum cum
de peccatis agitur nulla de ipsa fit questio ¶ Aug de natura
et gratia. Beata virgo ea puritate nitebat: qua sub deo maior